

6104 in saxo Tiburtino quadrato, reperto tertio a Formiis lapide in contrada Mammorano s. Mamurrano in un podere de Sigg. Monetti di Gaeta MATT. Iam est in villa Ciceroniana, hodie Rubino.

M · CAELIVS · M · L · PHILEROS · ACCENS
T · SEXTI · IMP · IN AFRICA · CARthag · AED · PRAEF
I · D · VECTIG · QVINQ · LOCAND · IN CASTELL · LXXXIII
AED · TELL · S · P · FEC · II · VIR · CLVPIAE BIS · FORMIS
5 AVGVST · AED · NEPT · LAPID · VARIS · S · P · ORNAV
FRESIDIAE · N · L · FLORAE · VXORI · VIRO · OPSEQ
Q · OCTAVIO · C · L · ANTIMACHO · KARO · AMICO

Recognovi. Mattei ms. 2, 9 (inde adhibito ectypo Henzen *Bull. dell' inst.* 1873 p. 87).

*M. Caelius M. l. Phileros accens(us) T. Sexti imp(eratoris) in Africa; Carthag(ine) aed(ilis), praef(ectus) i(ure) d(icundo) vectig(alibus) quinq(uennatibus) locandis in castell(is) LXXXIII, aedem Tell(uris) s(ua) p(ecunia) sec(it); II vir Clupiae bis; Formis August(alis) aedem Nept(uni) lapid(ibus) varis s(ua) p(ecunia) ornav(it). Fresidiae N. l. Florae uxori viro opseq(uentissimae). Q. Octavio (mulieris) l. Antimacho karo amico. T. Sextius vir partium Caesarianarum post necem Caesaris Africae novae praefectus Q. Cornificium praesidem Africae propriae a. u. c. 712 ad Uticam devicit et interfecit et per aliquod tempus totam Africam triumvirorum nomine obtinuit. Deinde cum Africa nova Caesari filio evenisset, eam legato eius C. Fangoni tradidit, sed bello Perusino exorto Antonii partes secutus Fangone eiecto totius Africae imperium resumpsit, donec a. 714 Lepidus in Africam venit eique successit. Imperatorem appellatum esse Sextium post victoriam de Cornificio reportatam ut consentaneum est, ita alibi non traditur. — Libertinos secundum Caesaris dictatoris ordinationem non in Italia ad honores admissos esse, ubi e contrario Phileros libertinis ornamentis contentus esse debuit, sed in provinciis, ut hic titulus ostendit, ita confirmavit cum alter coloniae Iuliae Curubis in Africa (vol. VIII, 977) anni u. c. 709, huic igitur aequalis, tum lex coloniae Genetivae c. CV (vide quae observavi *Ephem. epigr.* 2 p. 133). — Praefectus in colonia Iulia Carthagine Phileros et ius dixit et vectigalia castellorum LXXXIII, territorio opinor magnae urbis comprehensorum, in quinquennium locavit, id est censoris vel si mavis quinquennialis officium sustinuit.*

6105 litteris vetustis. Formiis al Castellone intus in turri in loco obscuro neque facilis accessus.

L · CEMOLEIVS · L · F · L · STATVS · L · F ·
Q · PACCIVS · M · F · AID · D · S · S
PORTAS · FACIVNDAS · DEDERVNT
sic EISDEMQUE · PROBAVERVNT

Recognovi. Mattei ms. 2, 6, qui scalis admotis descripsit a. 1840 (inde Henzen *Bull. dell' inst.* 1873 p. 86).

6106 [= 4103] cippus ingens, sed fractus et male habitus. Molae in villa Ciceroniana.

C LAEIVS C F H
PRIAIVSVIHINA
CHIVIR · FLAVI
CORNICENA QVIESC
5 // // // ATASM //
ORIALISELI //
// // // ENESCIASC
// // // HIDIVSVER
// VI // V // // //
10 // // // // // // //
AI // V // H //
// // // IIVSI //
// // // III //
// VI CVI OB
15 AIL / A CESSVLL
RI COLLEGIESAILIS
CACCESSV // // //
AREP // SSEMI //
ONDI / IAIVXSIT
20 CLARVS · COL
D E S V O

Descripsi ut potui, nec cum recognovi res melius cessit.

X

6107 [= 4101] litteris magnis et bonis. Itri in porta della Costa.

C · MAGNIVS · M · F · AEM
AEDIL · ITER

Recognovi. Notarjanni p. 221.

6108 [= 4102] litteris vetustis; rep. in parte altissima oppidi Castellone di Gaeta ANT. CIC.; extat in villa Ciceroniana.

/I · MESSIVS · Q · F · C · ACILIVS · M · F
cN · MEVIVS · CN · F · AID · MVRVM
ET · AREAM · CLAVDENDAM · EX
SEN · SEN · FACIVNDVM · CVRAVERE
5 EISDEMQUE PROBAVERE

Descripsi. Est in vol. I n. 1192 et in tabula Ritscheliana LX κ. *Ant. Cic.* p. 21 n. 3. Henzen 7035.

6109 prope Formias rep. contrada Mamurrano al Palazzo, podere Minchillo.

SALLV^s
TIAE · SAT
VRNINAE
SACERDOTI
5 DEAE
CERERIS
FILI

Recognovi. Mattei ms. 2, 23.

6110 epistylis pars, Formiis rep. in hortis de Matteis.

neVA · COS · II · S · P · } p. C. 90

Recognovi. Mattei ms. 2, 2.

6111 Formiis rep. a. 1840 in contrada fuori il ponte, alle mole Formiane, tenendo luogo di soglia in un magazzino a pien terreno appartenente al Sig. Pecorini del vicoletto Orto del Re MATT. Hodie est Iulii Nucci.

aED · ITER · SOLVVS · AVGV
forNICES · DE · PEQVN · PVBLIC
faC · COER · IDEMQ · PROB

Recognovi. Mattei ms. 2, 7 (inde Henzen *Bull. dell' inst.* 1873 p. 86).

6112 [= 4105] Molae GAV.; in aede S. Laurentii IVC.; Formiis in sacello antiquo in arula SMET.

D · M
TI · CLAVDIO
THRASYLLO
AVGVSTALI

Iucundus f. 126; Gavotti cod. Gen. f. 144; Smetius cod. Neap. p. 167 (inde Panvinus Vat. 6035 f. 123; Grut. 391, 3 e Smetii ms. cod. per Gutenstenium).

4 om. Iuc. Gav. — 2 LI-CLADIO Gav. — 3 sic Iuc., THRASILIO Smet., TRASSILIO Gav.

6113 [= 4106] litteris pulchris. Molae in villa Ciceroniana.

CN · MEVIVS · ANTEROS · AVGVST
CN · MEVIVS · CN · L · FELIX
CN · MEVIVS · cN · L · FELIX · MAGNAR
CN · MEVIVS · CN · L · AMARANIVS

Descripsi et recognovi. Hoare *class. tour* 1, 120; Gerhard apud Amatium Vat. 9771; *Ant. Cic.* p. 21 n. 2. Henzen 7243.